



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

XLI. Bischof Joachim von Brandenburg bestätigt die Stiftung eines Hospitales zu Potsdam, welche der Domherr Dr. Moritz Schönau vorgenommen, am 5. Juni 1486.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

sein vnd setzen sie auch solicher obgemelten czinff In ein recht gewehr, In Craft dits briues, doch mit vorbehaltus des widerkouff; wenn wir den thun wollen, vns der eben vnd beqwem sein wirdet, sollen wir In solichen widerkouff ein virteil Jars vor sant Mertins dach verkunden vnd abfagen briflich oder muntlich vnd In oder Iren erben denn czu aufzgang des virtell Jars die obgnanten Siben hundert guter Rinischer gulden hauptsum widergeben vnd czu gaue bezalen mit sambt den betagten vnd verlessen renten, was der hinderstellig weren, vngehendert vnd vnbekommert geistlichs vnd werntlichs gericht on generd. Wer es auch sach, das die gnanten von Thumen Im dorff czu Sticken ein scheferey aufrichten vnd bawen wurden, sollen wir alzdam Inen soliche baw vnd huser der scheffrey nach erkenntus czweyer Irer Rethē vnd czweyer vnser frunt mit sambt der hauptsummen Sibenhundert gulden vergnugen vorbestimbt vnd bezalen, Also das ein bezalung mit der andern czu gee. Der Schaff halben soll czu vns steen, die schaff nach redlichem anlag czu behalten vnd czu bezalen oder Inen selbs volgen czu lassen: vnd wenn In soliche bezalung, wie obgeschriben steet, gescheen ist, sollen sy vns denn vnd nicht eher die gnanten guter vnd an alle widderred mit vbergebung diszes vnfers briues wider abtreten, an arglist vnd alles generd etc. Geben czu Coln an der Sprew, Am tag martini, Anno etc. LXXXII ten.

Nach dem Schurm. Lehnscopialbuche XXV, 246.

XLI. Bischof Joachim von Brandenburg bestätigt die Stiftung eines Hospitales zu Potsdam, welche der Domherr Dr. Moriz Schönau vorgenommen, am 5. Juni 1486.

Joachim, Dei et Apostolice sedis Gratia Episcopus Brandenburgensis —. Sane venerabilis et eximius Dominus Mauritius Schoenau, Decretorum Doctor, Cantor et Canonicus Ecclesie Magdeburgensis, noster in Christo sincere dilectus, nobis petitione sua monstravit, quatenus Capellam Hospitalis novi prope et extra oppidum Potzdamp nostre dioeceseos in quadam area per ipsum ad hoc comparata una cum quodam novo Hospitali in gloriosissime Marie Virginis et B. B. Mauriti, Georgii, Caterine et Gertrudis Martyrum honore consecrandam cum adjutorio Dei Omnipotentis et Christi fidelium de novo construxit, erexit, nec non etiam annis infrascriptis censibus et redditibus pro sustentatione Presbiteri, dicte capelle veri Rectoris et adjacentis Hospitalis Magistri, perpetuis temporibus dotavit —. Jus vero patronatus et presentandi vult dictus dominus Mauritius fundator apud se et dictum Claus fratrem suum et Albertum de Schoenau et eorum heredes per masculinam lineam descendentes et ipsis deficientibus apud Consulatam dicti oppidi Potstamp perpetuo reservari. Presentatus ad dictam capellam debet esse abilis, idoneus et actu presbiter aut infra annum ad ordinem presbiteratus debet promoveri et in singulis hebdomadibus ad tres missas videlicet unam precipue in die dominico et in aliis duabus congruentibus diebus legendas astrictus et apud eandem capellam personaliter residere. Sic quoque capelle et hospitali sibi annexo et pauperibus inibi exeuntibus oculo singularis advertentie ac consilio, opere, favore et auxilio providere pauperesque inibi exeuntes et advenientes sub cura, ordine, disciplina et condigna obedientia tenere, et gubernare nec non, ut in orationibus faciendis sint compositi ac . . . . in pace et tranquillitate conservare tueri et defendere. Et ut res perfectior agatur, vult dictus Confundator, quod rector Capelle, unus vel duo de Consulatu aut alii opidani dicti oppidi, ac compefcendam inobedi-

etiam nec non ad recipiendos pauperes, propterea cum suis bonis ad hoc sese offerentes et recipi petentes, admittantur, qui quidem pauperes recipiendi ante coram Rectore Capelle obedientiam et fidelitatem profiteantur et promittant. Debent etiam in eodem Hospitali pre ceteris pauperibus recipi pauperes ex prefato oppido Potsdamp, ex villis Golm, Eyke, Bergcholt, Langenwisch, Sticken, Bornum, Bornstedt, Gelte et Grobe, quibus deficientibus quicumque alii pauperes cum suis bonis, quorum usum quoad vixerint habere possunt, sed cum hac ab luce discesserint sine contradictione cedant Hospitali memorato, sic quod de illis nullam testandi, legandi aut aliis donandi habeant facultatem. Pauperes etiam hujusmodi, nisi pretextu infirmitatis excusantur, ad orandum omni die quinquaginta Pater noster et totidem ave Maria cum duobus symbolis Apostolicis, mane unum et sero unum, nec non omni mane cum surrexerint et de sero, cum dormitum iverint, tria Pater noster et totidem ave Maria coram imagine crucifixi sunt attricti. Dictus quoque Dominus Mauritius fundator hujusmodi Hospitali et pauperibus inibi habitantibus pro eorum sustentatione quandam aream sive ortum apud oppidum Potsdamp emptum a quodam Hans Heinis nec non duos choros filiginis de villa Bergcholt emptos sub redemptione a dicto fratre suo Claus Schoenau pro centum florenis Renensibus annuatim persolvendis assignavit, qui iidem duo chori etiam juxta litterarum desuper confectarum tenorem per illos de Schoenau reemi possunt. Et ut convenientius pauperes ipsi sustentari possint, in oppido Potsdampp et in vico in hebdomade bis et in villis circumjacentibus quotiescunque placuerit elemosinas cum sporta petere possunt et de illis panibus et aliis omnibus ex gracia obvenientibus attribuent Rectori capelle et custodi portionem, nisi in communi uti velint, quod arbitrio eorum relinquunt. Insuper pauperibus his tam sanis quam infirmis in prefato Hospitali degentibus debet Rector Parochialis Ecclesie dicti oppidi Potsdamp quoties opus fuerit Ecclesiastica ministrare sacramenta, et offertoria, que in altari in dicta capella oblata fuerint, exceptis in tabula oblati et cera, que in restaurationem luminum debent reservari, (rectori parochialis ecclesie presententur). Decedentes dicti Hospitalis pauperes debent in cimiterio parochialis Ecclesie sepeliri et tum Rector Capelle ad legendas missas et vigiliis in capella et ad interessendum hujusmodi et dicendum quindecim Pater noster et totidem Ave Maria pro anima defuncti omnes pauperes debent esse obligati. Nos igitur Joachim, Episcopus ante dictus, prefatam fundationem et dotationem Capelle et Hospitalis his scriptis Dei nomine confirmamus decernentes dictum altare fore et esse beneficium Canonicum, quodque una cum Capella ac censibus et redditibus suis futuris perpetuis temporibus Ecclesiastica debeat gaudere et possit libertate. Et ut Capella ejusmodi et Hospitali in suis redditibus censibus et structuris nec non in ornamentis ceteris conservetur et augeatur et pauperum inibi degentium magister eo uberius sustentetur ipsaque capella peramplius congruis frequentetur honoribus et Christi fideles devocionis causa eo lubentius confluant ad eandem, omnibus et singulis Christi fidelibus omnibusque vere penitentibus et contritis, qui ad predictorum Capelle, altaris et Hospitalis conservationem et augmentationem et pauperum inibi existentium sustentationem manus porrexerint adjutrices, de omnipotentis Dei Misericordia et B. B. Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate consili quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis eis penitentibus misericorditer in Domino relaxamus etc. Datum in castro nostro Sejeser, Anno millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto, die vero Lune, quinta mensis Junii, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et Domini nostri Innocentii Pape anno secundo.

Nach einer neuen Copie.